



IN OBITVM EXCELLENTISSI-
MI THEOLOGI Dn. D. DAVI-
DIS LOBECHII:

Epicedium I.
Ecclesia.



Pater, innocuis vastum qui legibus orbem,
Quiq; regis cœlum, qui mare, quiq; solum:
Iusta bonis & iusta malis qui præmia justus
Dividis innocuum iudiciumq; foves:
Eheu! quid potui tantum committere culpa?
Eheu! quid tantum commerui misera?
Eheu! quæ tantas potuere piacula furoris
Nostra tuas in me, iuste, ciere faces?
Sum misera horrificis propè jam jam fracta procellis:
Iamq; meum recidens in caput unde furit.
Aspice, ut hausturas timeant ipsa æquora fauces:
Aspice, & in quoquam sit, Deus, annè salus?
Me miseram: ignovomò decussus fulmine malus
Luctatur medijs gurgibus pelagi:
Nulla ligat funes rupta anchora. per mare vastum
Hinc vento, hinc rabidis fluctibus acta feror.
Naufrangaq; intentant hinc illinc littora mortem:
Vlla patrocínio nec mihi dextra tua est.
In te præsidium rebar portumq; paratum,
Sive oritur, seu sol vespere tingit aquas.
Quam frustra hæc spes est! quin tu me reijcis, in me
Sævius ut decumæ corruat æstus aquæ.
Me miseram: vidi jam tot submergier undis
Naucleros, quorum sæpe probata fides.
Vtq; alios taceam: lateram hæc tabule annè fatiscunt,
Lateritumq; gemunt ÆGIDII Hunniadis?

F 2 Scilicet